Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

misit me. Hæc est autem voluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi non pereat ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Offertorium. Domine Iesu Christe rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscurum sed signifer sanctus Michahel repræsentet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahæ promisisti et semini eius. V. Hostias et preces tibi domine offerimus tibi laudes, pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam. V. Receptor animarum omnium christianorum mitte archangelum sanctum Michahelem ut ille dignetur eas reducere de regionibus tenebrarum et producat eas in sinum Abrahæ in lucem sempiternam. Quam olim. Secreta. Adhostias domine supplicationibus nostris et hæc oblata quæ tibi offerimus pro animabus famulorum tuorum intercessione sua placatus et benignus assume. P. Absolue domine animas eorum ab omni vinculo delictorum. Ut in resurrectione gloriam inter sanctos tuos resuscitatam respicere. Per eundem dominum nostrum. Communio. Lux perpetua luceat eis. Ut in regnum. Cō. Animas de corpore quas assumpsisti domine. Fac eas gaudere cum sanctis tuis in gloria. Per eundem dominum nostrum. Postcommunio. Sanctificati et celebribus donis quæsumus omnipotens deus, ut animam famuli tui a nexibus corporis absolutam in sedem tuæ requiem facias pertransire. P. Pro defunctis type paschali vel pro alicuius omnium vel pro defuncto.

Si enim credimus quod dominus noster resurrexit et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Ps. Sicut in Adam omnes morientur ita et in Christo omnes vivificabuntur. V. Requiem. Oratio. Da nobis quæsumus domine ut animam famuli tui cum qua de hoc mundo sancti exuisti laboriosa corporis sanctis tuis eam in beatitudine consortes esse concedas. P. Ad completorium. Frates. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes morientur ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine primitiæ Christus. Deinde hi qui sunt Christi in adventu eius. Per Iesum Christum dominum nostrum. Gradualis. Si ambulem in medio umbræ mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Tr. Hic cursus deliberat.